



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

II. Carmen Epigraphicum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

De Martiana et Valeria.

15. Post menses vero novem, venit <sup>1</sup> Romam <sup>2</sup> de genere eorum quaedam femina, nomine Martana <sup>3</sup>, natione Graeca cum filia sua nomine Valeria christianissima <sup>4</sup>, tamen ex gentibus <sup>5</sup> Graecorum <sup>6</sup>, requirentes eos. Et cum <sup>7</sup> audissent et cognovissent quia omnes martyrio consummati sunt <sup>8</sup> pro fide Christi, gavisae sunt et gaudio magno repletae <sup>9</sup> venerunt ad beatum Stephanum episcopum, et miserunt se ad pedes eius ut demonstraret eis ubi sepulta erant corpora sanctorum <sup>10</sup>. Et dum invenissent locum <sup>11</sup> diebus vitae suae omni tempore erant

15. — <sup>1</sup> corr., prius venerunt P. — <sup>2</sup> om. P. — <sup>3</sup> Martina P; Marta B. — <sup>4</sup> christianę P. — <sup>5</sup> gentilibus P. — <sup>6</sup> om. P. — <sup>7</sup> dum P. — <sup>8</sup> fuissent P. — <sup>9</sup> (pro - repletae) gaudio replete P. — <sup>10</sup> (venerunt - sanctorum) om. B; (sepulta - sanctorum) sepulti erant P. — <sup>11</sup> omnibus add. P. — <sup>12</sup> (erant ibi) supra lin. V. — <sup>13</sup> (omni - insistentes) ibidem permanserunt (corr.) vigiliis

ibi <sup>12</sup> vigiliis et orationibus insistentes <sup>13</sup>. Et dum complerentur dies vitae eorum post <sup>14</sup> annos tredecim vitam aeternam adeptae sunt <sup>15</sup>. In eodem loco persecutio imminabat. Exierat enim edictum ut nullus auderet emere, neque vendere panem, neque haurire aquam nisi prius sacrificasset. Hoc tempore iam dicta Martana cum filia eius mortua, ibique sunt <sup>16</sup> sepultae <sup>17</sup> quarto idus decembris, in confessione <sup>18</sup> laetantes in Christo Iesu domino nostro, qui <sup>19</sup> vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

et orationibus insistentes P. — <sup>14</sup> P; per V. — <sup>15</sup> (vitam - sunt) om. P. — <sup>16</sup> (persecutio - sunt) et ipsae P. — <sup>17</sup> sepultae sunt // P; (vitam - sepultae) reddentes in pace spiritum Deo sepultae ibidem sunt B. — <sup>18</sup> domini add. P. — <sup>19</sup> (in- qui) praesente domino nostro Iesu Christo qui cum patre et spiritu sancto P.

PASSIO

B

E

## II. CARMEN EPIGRAPHICUM

E sylloge Turonensi ad normam editionis I. B. Rossii. Cf. Comm. praep. num. 7.

OLIM SACRILEGAM QVAM MISIT GRAECIA <sup>1</sup> TVRBAM  
MARTYRII MERITIS NVNC DECORATA NITET  
QVAE MEDIO PELAGI VOTVM MISERABILE FECIT  
REDDERE FVNREO <sup>2</sup> DONA NEFANDA IOVI  
HIPPOLITI SED PRIMA FIDES CAELESTIBVS ARMIS  
RESPVIT INSANAM PESTIFERAMQVE LVEM <sup>3</sup>  
QVEM MONACHI RITV TENNVIT SPELVNCA <sup>4</sup> LATENTEM  
CHRISTICOLIS <sup>5</sup> GREGIBVS <sup>6</sup> DVLCE CVBILE PARANS  
POST HVNC ADRIAS SACRO MVNDATVR <sup>7</sup> IN AMNE  
ET PAVLINA SVO CONSOCIATA VIRO  
XIII K. IVN.

C

F

SVB DIE V ID. NOV. <sup>8</sup>  
NATA MARIA SIMVL CARO CVM FRATRE NIONE  
GAVDENTES SACRAM PROMERVERE FIDEM  
DIVITIAS PROPRIAS CHRISTI PRAECEPTA SECVTI  
PAVPERIBVS LARGA DISTRIBVERE MANV  
QVORVM PRAECLARIS MONITIS MVLTOQVE LABORE  
ACCESSIT SVMMO SANCTA CATERVA DEO  
POST ANIMAS CHRISTO TRADENTES SANGVINE FVSO  
VT VITAM CAPERENT NON TIMVERE MORI  
HORVM VIRTVTES QVEM <sup>9</sup> PASSIO LECTA DOCEBIT  
RITE SVIS FAMVLIS DISCET <sup>10</sup> ADESSE DEVM

<sup>1</sup> gracia cod.; emendationes sunt Rossii. — <sup>2</sup> funerea cod. — <sup>3</sup> pestifera lucem cod. — <sup>4</sup> specunca cod. — <sup>5</sup> Christo colis cod. — <sup>6</sup> legibus cod. Goettweihensis. — <sup>7</sup> mandatus cod. — <sup>8</sup> notam temporis et / cum fratre Nif... /romer/ testatur lapidis fragmentum. — <sup>9</sup> ouem cod. — <sup>10</sup> disce cod.

DE

